

De

congregantur. p hoc docemur qñ sumus in estu alicuius tribula-
 tionis qualē estum sustinuerūt olim uirtutes xpi qui in magnis
 tribulationibz fuerunt. sed modo ad consolationes multiples per
 uenerunt. et hoc erit solacium nostre tribulationis. **Nota** qñ p dragmas intelligunt omnes electi. Et scias qñ hm glo.
 dragma est nūmus certe quantitatis habens ymaginem cesaris.
 Vñ versus. Dragmam genus nūmi. nūmos bis quinqz valebit.
 Igit dragme vel nūmo similes esse debemus ppter qtuor. primo
 ppter materiā. secundo ppter formam. tercio ppter pondus. quarto
 ppter ymaginis impressiōē. Materia igitur dragme si est aurea
 signat patientiam et caritatem. Sicut em̄ aurum optime sustinet
 puissions malleoz. et sicut fiunt ex auro corone regum ac impa-
 torum. ita et homo p patientiā vincit tribulationum aduersitatē
 et per caritatem ad regiam vel imperialem assumit dignitatem. Si
 vero materia dragme argentea est signat biformez mundiciam et
 uotis claritatem. Sicut em̄ et argentū candidū est et tinnulū sic et
 casti homines in die iudicii mundas animas et lucida corpa repre-
 sentabunt et in voce exultationis coram deo suo ppetue iubilabūt
 forma dragme rotunda est et significat spem eterni boni. Tunc
 em̄ in anima nra rotunditatē representamus cū ea bona que finē
 nō habent tota sollicitudine desideramus. Pondus dragme signi-
 ficat timorem dñi. Timor quippe dñi facit hoiem grauem ac pon-
 derosum ne tanq̄ pluuia nec palea ab omni vento uanitatē ac
 voluptatis hui9 mundi rapiat et per indecentem leticiā dissoluat.
 Beatus est qui semp est pauidus. Ymago hui9 dragme duplex
 est. uicē ymago misericordie et ymago iusticie. Et hanc duplicē
 ymaginē habemus ab ipso deo rege nro. de cuius moneta sumus
 ipse em̄ exhibet nobis in hac uita ymagines sūme clemencie per
 quā recipiet omēs uere penitentes. In futuro uero ostendet yma-
 ginem sūme iusticie per quā damnabit omēs sine uera penitencia
 morientes Itaqz et nos debemus esse misericordes per largam ele-
 mosinaz nostraz largitiōē. Debemus etiā iusti esse per plenaz
 omnis ablate rei restitutiōē. Hanc duplicē ymaginē habuit
 zacheus qui dimidietatē bonoz suoz distribuit pauperibus. et si
 aliqūē defraudauit quadruplū restituit. De secdo nota qñ p ouem
 que perit et per dragmā que perditur quilibet peccator intelligit
 Tunc em̄ homo perit et perditur dum pcepta dei contemnens decli-
 net a bono et faciat malū. De tercio nota qñ per hoiem qui ouem
 perdidit intelligit ipse xps qui tūc vadit ouem querere cū hoiem
 peccatorē per predicationē uocat. Tunc etiā vadit cū facit hoiem
 cognoscere et timere qñ uenturus est iudicare uiuos et mortuos

id intelligitur
 dragmas.

ia dragma qd signat

gentum in moneta

ags dragma

lotabile. 2^m